



SERENISSIMO DVCI  
FRANCISCO II.  
ESTENSI  
MVTINÆ, RHEGIIQ; &c.



Aelum pedibus tuis sisto magnanime  
DVX. Neque enim Amplitudini  
tuæ, Celsitudiniq; amplitudo minor,  
seu celsitudo substerni, nec Serenissi-  
mis tuis fulgoribus minus defecatum  
iubar in munus potuit consecrari. Alij suspiciant  
sidera; Tu despicias, & prouolutæ ad tuos pedes te  
tanquam centrum circumambiunt, & te velut po-  
lum coronant ambitiosæ Constellationes. Siqui-  
dem si gloriosas animi tui dotes admirabundus sus-  
picio, radios non ab astris emendicare, sed elargiri  
contemplor. Facinora, in quæ facili nixu conaris,  
non aspectus expectare propitios, sed sibi fortuna-  
tos iubere; Leges, quas suauissimas populis indi-  
cis, eas esse, quas sphaeræ sequantur, non dirigant,  
vt imperium, quod terra extendis iam magnitudini  
tuæ se contrahat, & laxiora iura quærenti ipsa sidera  
suas Leges substituunt si non corrigendas, saltem